



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei  
Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

Lectori Mariano

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](#)



## Lectori Mariano



Cum agere tibi videbor, Lector Mariane, dum pretiosissimæ DEI, tuæque Matris cultum in piorum clientum coribus brevibus his pagellis renovare contendo: utpote cujus amor melioribus animabus ingenitus adeò potenter suapte naturâ bonos omnes occupat, ut hoc monitore nō egeant; qui si fortè frigido cuiuspiam in pectore intepuisset, integrâ præsto essent bibliothicae, uberrimum Mariano affectui pabulum suggesturæ; ut proinde libelli hujus conatus supervacaneus omnino videri posset. Verum cave, moneo, præpropero, laborem nostrum damnare judicio: Tolle, lege, utere: non magna sunt, quæ peto; & pretium indubie libellus hic te judice non obvium obtinebit. Vide, quanta mihi, sed nec tibi minora polliceor: si libello hoc constanter uteris gaudium Mariophilis omnibus sanctis, charissimum præ reliquis MARIÆ obsequium, & certissimum tibi bona mortis præsumptum præstitisti. Adsum, ait Virgo Mechtildi, in morte eorum, qui mihi pię, sancteque vixerunt. Vis testes? eccl. hic, quo annus dies, numerabis.

bis. Tolle,lege. (1) Unum indies ē Sanctorum  
numero invenies, qui filiali in Sanctissimam DEI  
Matrem affectu reciprocum ab ea favorem acce-  
pit. (2) Per hunc gratiæ alicujus pro beatam mor-  
te impetranda additur imploratio; ad quam cer-  
tius obtinendam (3) peculiaris, eaq<sup>z</sup> pro omni fe-  
rè hominum sorte facilis Virginem colendi pra-  
xis suadetur; quam (4) textus ē SS. Patrum mo-  
numentis ad fiduciam Marianam incitans ex-  
cipit; claudit demum (5) piè curiosa de B. V.  
quæstio, apta Mariophilis discursuum materia.  
**Hac** varietate & brevitate, binis animorum illi-  
ciis, te invitant, ut filialem in DEI, tuamq<sup>z</sup>, Ma-  
trem affectum quotidiano hujus libelli pabulo  
alas, promoteas. Nulla dies sine linea, quod si  
agis, locuplete laborem nostrum fænore compen-  
sasti. Tolle,lege, utere.

Ita suadet

Mariani amoris zelantissimus